

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Praga caput regni bohemie ciuitas pmaxima. Etius descriptio ob vetustatem merito budum posita fuisset. Verum carolis quartus imperator tam magnifica in ea peregit ut post gesta sua de ea mentio fiat. Et in ceteris vrbibus tempus antiquitatis ac originis non semper obseruatum fuit. At praga (ut bohemice narrant historie) post tempora abrabe initum habuit. regum pontificumq; honesta sedes. Tres in parte diuisa quibus nomina indiderunt. parvam pragam. veterem ac nouam. parva sinistrum latus multaue fluminis occupat collicq; contigit. In quo sita est regia et sancti viti pontificale augustumq; templu. Vetus praga in plano iacet vniuersa magnificis operibus adornata. Inter que ptorum et forum et leta curia et collegium imperatoris caroli mirificis efferunt landib;. Jungit autem minori prague lapideo ponte quatuor et virginis arcu. Noua ciuitate a veteri fossa distinguit. profundam. et vtrumq; muro munita. Hec quoque ciuitas ampla est ad colles usq; pertinet. quoz alteru sancti caroli. alteru sancte katherine appellant. tertiu vicegradu in arcis modu exedificatum. ubi et collegium est. Est autem hec ciuitas insignis in provincia bohemie. que portio germanie est. aquilonis flatibus tota ferme exposita. Formam eius rotundam tradunt. cuius diametrum triu diez itinere expedito patet. silua vniuersam claudit. irrigat pluribus fluminibus sed cunctos multaue excedit. que metropolim regni pragam influit. De nomine ciuitatis cum disceptaretur iussit libusla ex artificiabus qui primo occurserit rogari quid ageret. ac ex primo eius verbo vocari oppidum. interrogatus faber lignarius quispiam. limen se agere dixit. quod bohemice pba dicif. indeq; nomen vrbis datu. Et corrupto vocabulo postea pragam dixerunt. In hac provincie aliquo tpe amazonice femine regnandi cupidine ducte dominu habuerunt. Postea duces usq; ad primu regem vratislau gubernarunt. qui. vi. et. lxx. supra mille ab ortu saluatoris Christi apud magnitum in occulto principu ab imperatore heinrico ei⁹ nois quanto rex declarat⁹ fuit. morauorum regem quod post extictu fuit in bohemia translato. slesia. lusacia. moravia bohemorum ipso adiecte. Hilber⁹ treuerorum archieps cum eo pragam miss⁹ coram pucialib⁹ regem iungat regalib⁹ qz adornet insignib⁹. In eodem anno scdm accla

mante populo Vratislao regi salus honor atq; victoria. Is vratislaus indulgente alexandro papa tertio natione senensi collegii canonicoz regulariū in arce pragensi erexit. in qua dum res agit diuina non ppositus tantu sed decanus et sacerdos diaconusq; et subdiaconus rem diuinam facientes episcopalibus ornamentiis vntuntur. Et ppositus quidē cancellarius regni appellatus principis honore defungit. Postvratislau primu regē pluribus annis interregnū fuisse seruit. nō regis noie s ducis tantu vlos. et vlatislau uno loco vratislao natu ab imperatore friderico primo sibi et posteris regia dignitatem obtinuisse scribunt. qui ponte sup multa uiam qua vetus praga minori iungeref magni operis edificauit. quem ratissonensi pferunt in quatuor et xx. arcos ut diximus protensum. Deinde vlrucus qui carinthiorum principatum tenebat cum virili sobole careret accepta ex othocaro rege bohemie pecunia carinthia illi carniolā. marchia sclavonicam et portu naonis tradidit. Tempore postremo caroli quarti imperatoris in maxima potentia et gloria fuit et augmentu mirabile accepit ut pmissum est. Nullu em regnū tota europa tam frequentibus. tam augustis. tam ornatis templis dotatum fuisse quā bohemicū reor. Tempa in celum erecta longitudie atq; amplitudine mirabilis forniciis tegebant lapideis. Altaria in sublime posita auro et argento quo sanctoz reliquie tegebant onusta. Sacerdotum vestes margaritis tecte. ornatus omnis diues. preciosissima supeller. fenestre alte atq; amplissime. cōspicuo vitro et admirabili opere lucē pbebant. neq; hec tantu in oppidis atq; vrbibus s in villis quoq; admirari licebat. Fuerat inter cetera monasteriū aule regie apud rippam multaue qua misa fluuius illi iungit situ in quo regū corpora condebarū singularis excellentie. nā pter edem magni et memorabilis operis amplū dormitoriū. ceterasq; officinas monachoz magnifice constructas quadrata porticus fuit. que nō paruu conclusit ortu. ambitu vocavere. In huius lateribus vetus nouuq; testamentū ab initio genesis usq; ad apocalypsin Johannis Ibris maiulculis in tabulis scriptum ostinebatur. notis quo altius irent paulatim crescentib; ita ut asummo usq; deorsum facilis lectio preberetur. Flos iegr dulcoris Bohemia dicebatur. queolim inter principes atq; reges dulcissimam redolebat suavitatem. Nunc (volente fortuna) apud futuros saporem fertu habet. faxit deus ut p̄ori redolentie atq; splendori par fiat. Eius historia et regum gesta papa pius. secund⁹ in historia bohemica disertissime prosequitur.

